Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



℟ Scio enim quod redemptor meus uiuit et in nouissimo de terra surrecturus sum
et rursum circumdabor pelle mea et in carne mea uidebo deum.
℣ Surgunt mortui et resurgunt qui in monumentis sunt audient uocem filii dei
et procedent. Et iterum. Lectio libri Iob. III.

Manus tuae fecerunt me. et plasmauerunt
me totum in circuitu. et sic repente p̃cipitas
me. Memento quęso quod sicut lutum
feceris me. et in pulueren reduces me. Nonne
sicut lac mulsisti me. et sicut caseum me
coagulasti. pelle et carnibus uestisti me.
ossibus et neruis compegisti me. Uitam et
misericordiam tribuisti michi. et uisitatio tua
custodiuit sp̃m meum. ℟ Manus tuae domine fecerunt me
et plasmauerunt me totum ego autem homo natus de muliere breui uiuens tempore
peccaui iniquitatem feci in conspectu tuo. ℣ Dum ueneris iudicare
noli me condempnare ne gaudeat inimicus meus super me. Incipit. IN. II. NOCT.
℣ In loco pascuę ibi me collocauit. ps. Dn̄s regit me. ℣ Delicta iuuentutis meę et ignorantias
meas ne memineris domine. ps. Ad te d̄ne leuaui. ℣ Credo uidere bona domini in terra